Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

dici possunt. & maiores praeueniunt ut habere aliqua merita possi nt.
Quae cum ita sint. si ista sententia nec eo tendit ut nouas animas dicit.
propter innocentiã nouitatis suae antequã ad peccandum libero
utatur arbitrio damnationi originali obnoxias esse. non posse.
sed ea fide catholica confiteri & iam si in illa tenera aetate de corpore
exierint in damnationem perditionis ituras. nisi sacramento medi
atoris qui uenit quaerere & saluum facere quod perierat liberentur.
quaere ubi. uel unde. uel quando coeperint damnationis meritũ
habere si nouae sunt. Ita sane. ut dm̃ non facias. Nec aliquã naturã
quam non condidit ds̃. uel peccati earum uel innocentium damna
tionis auctorem. Et si inueneris quod te quaerere ammonui.
quod ipse adhuc fateor non inueni. defende quantum potes.
Atque assere animarũ infantium eiusmodi esse nouitatem. ut nulla
propagatione ducantur. & nobiscum quod inueneris frater na
dilectione communica. Si autem non inueneris quare uel quo
modo fiant animae infantium peccatrices. & nihil in se ipsis habentes
malitia ex quo cogantur ex adam trahere unde damnentur.
cum eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas. sed nouas
atque insontes includi carne peccati. nec sic iam temere in aliã senten
tiam tua defectatur assensio. ut eas ex illa una credas propagando
traduci. Ne forte alius inuenire possit quod ipse non possis.
aut aliquando inuenias quod nunc poteris. Nam & illi qui animas
ex una propagari asserunt quam ds̃ homini primo dedit. atque ita
eas ex parentibus trahi dicunt. si tertulliani opinionem sequuntur. Pro
fecto eas non spiritus. sed corpora esse contendunt. & corpulentis seminibus
exoriri. quo peruersius quid dici potest. Neque hoc tertullianũ
somniasse mirandum est. qui & iam ipsum creatorem dm̃ non esse. nisi
corpus opinatur. Quae dementia repulsa a corde atque ore xpiano.
Quisquis animã sicut est non esse corpus sed spiritum confitetur. & tamen
in filios ex parentibus duci. In eo quidem nullis coartatur angustiis.